



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 192. At illi sucllamabant. v. 21.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

Opilate, si tu non cogitasses & dixisses antea quod eum velles emendare, & si tu eum postea peius non compoñisses cum Barabba latrone, (& sicut illaqueare, ut teneris ex tua hypothesi eum perdere, si ipsi Barabam peterent) & sic cœpisses à tramite justitiae deflectere ad occupandum vel tenendum fatiorem ludorum insanientium, forte Deus te custodiret ab ulteriori ruina; in qua nunc incipis necessitate morali ulterius labi. Vide mortales, ne fenestram primis lapsibus aperiatis: si incipitis, finis cadendi per vos esse non poterit, vti nec Pilato vestro speculo finis cadendi fuit, antequam homicida imo Deicida est factus.

§.192. At illi suclamabant. v. 21.

Sic fit, quando rector populi, vel Dominus seruis, vel pater filijs passionatis & malis incipit condescendere; tunc continuo illi audacius progressiuntur in peius. Antea clamabant: nunc suclamant; incurantes se, & toro nisu ventris vocem intendentes ad insultandum Pilato, vti surdastræ quasi dicentes: alte clamamus, ignosce, videris obsurduisse, videris munera spectare ab eo cui ita studes &c.

Sed oblecto, nullus hic vir, qui se opponat Iudeis? qui persuadeat, vt non elegant exitium, sed salutem, vitam beatam & filium Dei, non vero mortem & filium diaboli! si nullus se præsentet, surge & curre anima mea in occursum Domini tui, sollicita populum: vt tot beneficiorum memor, à Christo acceptorum illum eligat. Concurrant infirmi, surdi, muti, cœci, claudi, leprosi, omnes ab ipso sanati: famelici pasti in deserto: mortui resuscitati; à dæmonibus liberari, & quotquot adhuc hincæ malis laborant: conculcavit omnes, dimittit nobis Iesum, quia medicus & medicina, Salvator & salus, Pastor & Pater noster est: ipse est vita nostra; forte horum verba obruent clamores, iniquorum & præualebunt postulatis illis iniustis,

§.193. Dicentes: crucifige, crucifige eum. v. 21.

O Confirmatio maligna! reperitio persæsa: dissecabantur enim cordibus Iudei, quod vellet Iesum dimittere Pilatus: unde magis magisque attollentes vocem clamabant suum illud *crucifige crucifige*. Quasi dicentes: Quid tergiuersaris? quid ne~~cis~~is moras? matura, propria nefarium hunc supplicio addicito, condemnata, in crucem fastollatur. O crudelitas inaudita! o barbaries incredibilis! O Principum & Seniorum obstinata malevolentia! & odij rabies in Christum efferata! o vulgileuitas & incon-